

d 7. simpl. c.
de melle.

e 3. simpl.

num, bitumen, spongia, corallus. Hinc ergo desumuntur medicamentorum differentia. A Fallopio de quibusdam medicamentis dubitat, quæ ad nullum fontium à Galeno propositorum referri possunt, uti sunt mel, manna, laccharum, quod mellis speciem Galenus *d* vocat. Mel enim ex animalibus non est, nec ex plantis, licet à quibusdã ex plantis concretum dicatur, cui opinioni Galenus *e* contradicit. Quare vult Fallopius, non esse ex plantis, nec animalibus, sed esse alimentum apum, non autem excrementum: esse materiam, quæ cadat ex alto, quod ab apibus colligitur, & ad usum nostrum seruetur. Sic Mannam non esse ex plantis, licet mel sit aeriũ, cadens super ipsas plantas. Quare si omnia complecti lubeat, dicendum esse, omnem materiam medicam aut esse à plantis, aut animalibus, aut metallis, aut elementis. Mel enim & mannam esse quid confectum ex elementis, quod super plantas & folia cadit, & ab apibus colligitur.

f 5. simpl. e
6. de comp.
med. f. g.

Medicamenta corpus nostrum alterare dictum fuit. Alterationes autem has Galenus *f* triplices dixit, primas, secundas & tertias, quæ à facultatibus medicamentis insitis fiunt. Quare quid sit facultas, & quot sint, scire conuenit.

Medicamentorum facultas quid?

C A P. IIII.

ai simpl. 1.

Facultas, quæ *δύναμις* Græcis, Latinis vero potentia, virtus & vis dicitur, est causa & quædam effectrix, quæ partim actu, partim potentia & in futuro tempore fit. Actu, ut calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie; quæ facultas sine alio agit.

Poten-